Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8456
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

eum Posuit flumina in desertum et exitus aquarum in sitim terram fructiferam in salsugine a malicia inhabitantium eam Posuit desertum in stagna aquarum et terram sine aqua in exitus aquarum Et collocauit illic esurientes et constituerunt ciuitatem habitaculis Et seminauerunt agros et plantauerunt vineas et fecerunt fructum natiuitatis Et benedixit eis et multiplicati sunt nimis et iumenta eorum non minorauit Et pauci facti sunt et vexati sunt a tribulatione malorum et dolore Effusa est contemptio super principes et errare fecit eos in inuio et non in via Et adiuuit pauperem de inopia et posuit sicut oues familias Videbunt recti et letabuntur et omnis iniquitas opilauit os suum Quis sapiens et custodiet hec et intelligent miseras dei Visita nos domine in salutari tuo Ps

Paratum cor meum deus paratum cor meum cantabo et psallam in gloria mea Exurge psalterium et cithara exurgam diluculo Confitebor tibi in populis domine et psallam tibi in nationibus Quia magna super celos misericordia tua et usque ad nubes veritas tua Exaltare super celos deus et super omnem terram gloria tua ut liberentur dilecti tui Saluum fac dextera tua et exaudi me deus locutus est in sancto suo Exultabo et diuidam sicimam et conuallem tabernaculorum diniciam Meus est galaad et meus est manasses et effraim suscipiet capitis mei Iuda rex meus moab lebes spei mee In idumeam extendam calciamentum meum mihi alienigene amici facti sunt Quis deducet me in ciuitatem munitam quis deducet me usque in idumeam Nonne tu deus qui repulisti nos et non exibis deus in virtutibus meis Da nobis auxilium de tribulatione quia vana salus hominis In deo faciemus virtutem et ipse ad nichilum deducet inimicos nostros

Deus laudem meam ne tacueris quia os peccatoris et dolosi su

per me aperti